



**R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia**

**Tamburini, Tommaso**

**Lugduni, 1689**

12. De fraudibus ex Monopoliis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

accipere; nec, si tu à me quid furas, potero ergo alterum tantum furari à tertio. Non igitur hæc est doctrina Navarri quasi Zambellus, ascendit. Navarri enim non citat recte, licet non admodum clarè, distinctionem veram tradit. Explico; Monetâ vel primò falsâ et ex mitione metalli vilioris, vel secundò ex defectu ponderis, vel tertio ex signo regio, quod à falso monetario privata auctoritate monete iusti ponderis, iustitiamque metalli imprimitur, cum deberet illud imprimi auctoritate Regis.

44. Dico primò cum Navarri, & Molina 1.3.d. 709. 1.2. si expendatur moneta falsa primo, & secundo modo, peccari contra iustitiam, cum obligatione restitutionis. Addo ergo (ad explicationem maiorem) cum non discrimine, ut si cognoscens falsitatem id facias, pecces cum obligatione restitutionis, si eam inculpate non cognoscens, non pecces, sed statim, ac cognoscens obligaris ad restituendum pretium ei, qui damnum sensit; obligaris autem non ex iniusta actione, sed ex obligatione, quam habes solvendi iustum pretium pro re empta.

45. Quod si nullus damnum sensit ex tua hac expensione bona fide facta, & ex illa tu læpior nequam ex redditus, ad nihil te obligat iustitiam de Lugo 1.2.d. 8. inf. num. 6.

46. Dico secundò, cum eodem Navarri, si expendatur moneta falsa tertio modo, non peccari contra iustitiam; etiam nim, peccaverit is, qui signum regium contrarius est, non peccas tu, qui expendis, quia per eiusmodi expensionem nullum alteri tertio damnum inferas, iam enim tertius habebit monetam: quæ æquè in foro estimabitur, ac quæcunque alia legitima.

§. XII. De fraudibus ex Monopoliis.

Monopolium Græcè, Latine unius venditio, multis patitur, & multis excusatur modis, quos diligenter iam subiciam.

Monopolium ex privilegio.

1. Quando aliquis vel aliqui pauci obtinent à Principe Privilegium, ut ipsi soli vendant, distinguendum est. Nam si rationabili causa est id illicitum cum onere restitutionis, quod primo loco subeunt ipsi Privilegiati, secundo loco ipse concedens. Ratio est, quia sic fit iniuria aliis volentibus similiter vendere merces. Si vendit ex causa rationabili, licitum est, & excusante iniuriam eadem rationabili causa, dummodo pretium, penitus omnibus, iuste constituitur, non vnde considerata hæc restitutione apud unum venditorem, quæ per accidens est: Si conciliatur Sotus, Med. Sylv. aliique apud Salus, d. 3. n. 2. qui negant, cum aliis apud eundem, & Bonac. de contract. d. 3. q. 2. p. 5. cui concedunt.

2. At, quænam rationabilis est eiusmodi causa? Respondet, bonum publicum, quod ferè accidit in tribus casibus dumtaxat. Primò, quando Princeps eget pecuniâ ad bellum necessariâ, vel opera Regno necessaria: tunc enim serva is conditionibus servari solitis in vestigibus imponendis, vendere poteris hoc privilegium, & pecuniam ei operi applicare. Secundò, quando, nisi daretur hoc privilegium, ut unus, vel pauci vendant, nemo, vel pauci merces importarent in Civitatem, saltem continuatè, & certò, ob sumptus, quos sine eo privilegio recuperare vendentes non possent. Id fieri accidit alibi in imprimendis libris, hic in Sicilia in importanda nive æstatis tempore: nisi enim haberent illi Impressores privilegium, ut ipsi soli ad decem, v. g. cum librum imprimant, & illi soli nivem importent, iis facile carebit Respublica. Tertio, quando ob benemerita alicuius artificis aliquam novam artem inventientis conceditur, ut ipse solus eam exerceat: conducti enim ad publicum bonum, sic allicere homines ad novas artes.

3. Petes: Quando vendit Princeps hoc privilegium

Part. I.

potestne sibi applicare pretium? Respondet, nequaquam. Ratio mihi est manifesta, quia, cum ipse illud possit concedere, solum propter bonum publicum, obligabitur, quando hoc intervenit, illud concedere: at nemo pretium accipere iuste valet ob rem quam obligatur ex iustitia faceret: ut certè obligatur ex suo munere & pacto implicito cum Republica, Princeps bono publico prospicere. Dices, accipiet quasi gabellam ad onera Respublice sustinenda. Respondet, assentior: sed tunciam erit ob Reip. bonum, & nihilominus debet solennitates, & conditiones iustæ gabellæ, ut modò innuimus, servare.

5. Petes iterum: Princeps poteritne taxam pretij eiusmodi mercium relinquere arbitrio huius privilegiati? Respondet, Lessius lib. 2. c. 21. num. 149. sic merito distinguit: Si merces sint pertinentes ad victum, & cultum, vel quid simile ad vitam necessarium, debere Principem taxare pretium, si ad ornatum, delicatæve, posse non taxare. Ratio est, quia in necessariis facile populus gravari continget ab uno venditore, quod incommodum vitare tenetur Princeps: At in non necessariis, cum non ex necessitate ea emanant, non est tam facile eiusmodi populi gravamen.

Monopolium ex compallo.

6. Si venditores conspirent in pretium, ita ut vendant supra legitimum, aut supra rigorosum, peccant cum onere restitutionis excessus, & damni inde sequuti, idem, si emptores conspirent, ut emant infra infimum. Ratio est, quia iustum pretium non debet pendere ab arbitrio unius, vel paucorum, sed ex communi estimatione, bona fide, & sine dolo. Atque adverte, iustum pretium non esse hic illud, quod fortè post conspirationem nascitur, hoc enim, cum ex iniusta conventionione confurgat, iniustum etiam erit: sed illud, quod ante iniustam conspirationem sine furo, & fallacia currebat, vel currere poterat, quidquid dicat Caram. 2. sh. mor. n. 850.

7. Illud non damno: Possit eiusmodi Monopolium monopolio trudi, hoc est, ut donec vendentes vendunt pretio plus, quàm rigoroso, emptores emant ex compallo minus, quàm infimo, donec, inquam; nam cessantibus illis sive partim, sive ex toto, cessare & huiusmodi modo debent.

8. Quod si aliqui venditores conspirent in pretium, ita ut vendant, vel emant intra latitudinem pretij iustij, ut nimirum omnes vendant pretio rigoroso, & nemo infimo, vel emant infimo, nemo supra, non peccant contra iustitiam, seclusa vi vel fraude, quia iam servant pretium iustum: sicut enim sine iniustitia, vendere rigorosè ego particularis possum, sic & sine iniustitia, possumus simul.

9. Sed permaximè animadvertendum est, quòdnam tunc à pretium iustum, id quod dicam n. 21. & innui n. 6.

10. Peccari, in hoc casu, contra charitatem docent non ignobiles Doctores, quos sequitur de Lugo tom. 2. de iust. d. 46. sect. 12. n. 175. Dege Caram. lib. 2. sh. mor. n. 845. & Molin. d. 345. & ratio præter leges graviter id inhibentes esse potest eadem, quam in simili mox dicam n. 15.

Monopolium ex emptione omnino mercium.

11. Si unus mercator, seu revenditor; aut pauci si bi sine vi vel fraude cõemant omnes merces certi generis, omne, v. g. frumentum, ut ipsi soli vendant etiam expectando tempus penuriz, & inopia, quo vendant carius, siquidem pretio iusto vendant, spectatis omnibus circumstantiis, ut mox num. 21. dicam, non peccant contra iustitiam commutativam, unde ad nullam restitutionem obligantur. Ita Molin. d. 345. fin. Less. lib. 2. c. 22. num. 151. aliique apud Bon. disp. 3. de contract. q. 2. p. 5. n. 4. contra Navar. Azor. aliòsque, putantes peccare contra iustitiam. Ratio est, quia iusto pretio emunt, iustòque ut supponimus, vendunt.

11

12. An

12. An peccent contra Charitatem, est omnino distinguendum. Vel enim loqui possumus de illo uno qui sine conventionem cum aliis, sibi dictas omnes merces emit; & hunc ne peccare quidem contra Charitatem, docent Mol. *ibid. concl. 2. de Lugo ibid. n. 178.* præscindendo semper à lege prohibente, vel à damno valde notabili Reip. Ratio esse potest, quia sibi providere quilibet in suis negotiationibus per suam diligentiam potest.

13. Vel possumus loqui de multis, qui simul conspirantes, simul emunt, ut carius vendant; & hi difficulter à peccato contra Charitatem excusantur, tum quia sic facilius induceretur penuria in Civitate contra bonum publicum, tum quia regulariter deinde (inducta iam penuria) carius quam fuisset pretium etiam infimum, ceteri vendunt.

14. Ad comprehensionem omnium mercium facit casus quem narrat Sylvester, *v. Empt. q. 17. accidisse Venetiis.* Mercator acceptas litteras ab Oriente de superventura penuria aromatum, laceravit, & abiecit: has deinde collegit alius Mercator, partes coniunxit, legitque. Tum magnam mercium copiam emendo, illum prævenit, lucrumque præripuit. Quæsitum fuit, an secundus Mercator iniuriam primo fecerit?

15. Affirmat Rebell. *p. 2. l. 9. q. 7. n. 9.* Negat ipse Sylv. cum quo sentit Laym. l. 3. sect. 5. tr. 3. p. 1. c. 4. n. 4. *cap. enim* (ait Laym.) Mercator ille litteras laceratas in publicum abiecit, & veluti pro derelictis habuit, hoc ipso omnibus fragmentorum illorum potestatem, ac usum fecisse censetur, ut proinde quisque in suum commodum eis uti poterit, itaque recte sic resolvit Sylvester: Si quis litteras in publicum locum abiectas legit, solum, ut sciat, curiositas est, si ut sibi provideat, commodisque suis studeat, humana, non vitiosa prudentia est. Hæc Sylvester, & hæc Layman, apud quos sit huius doctrinæ auctoritas.

16. Ego enim non excusarem à dolo, & consequenter ab iniustitia illum, qui legeret litteras alterius, quas in iis circumstantiis invenit, ut certò moraliter iudicet non esse consilium derelictas, sed casu amissas, vel non bene consilias. Ratio est, quia tunc non militat ratio excusationis: tunc enim Dominus non censetur illarum litterarum usum liberum aliis dedisse. Si tu invenias chartam in qua sint alicuius scripta peccata ad confessionem, auctoritatemque noscas, illamne legere audebis?

17. Notat præterea *ibid.* Layman. Si iis litteris abiectis, aliquid occultum legat, cum peccare contra charitatem, imò, & contra iustitiam, si illud alteri manifestet: unde damnum iniustum alicui contingat, sicuti peccaret, qui ostenderet locum, ubi aliquis est, qui ipsum vel it occidere.

#### Monopolium ex remotione aliorum vendentium

18. Si quis vi, vel fraude impediat importantes merces in Civitatem, frumentum, v.g. ut ipse solus vendat maiori scilicet pretio, quod tamen descendisset, si illi non fuissent impediti, peccat contra iustitiam, & contrahit onus restitutionis, ut ex se patet.

19. Si verò quis impediat solum precibus, & suasio, non peccat contra iustitiam, modo vendat iusto pretio. Ita Bon. *loc. cit. num. 4.* quia non facit iniuriam, si nec facit iniuriam ex communi sententia, qui sine vi, vel fraude suadet Testatori, ne alicui legatum, vel hereditatem relinquat. Quod autem hic sit censendum iustum pretium, dicam *mox ansum.* 21. præterea, an hic peccet saltem contra charitatem, ex dictis colligi potest.

#### Monopolium ex inducente penuriam.

20. Eadem ratione ex Bon. *ibid. n. 6.* excusari possunt ab iniustitia transferentes triticum, v.g. extra territorium, præscindendo à legibus id prohibentibus (quas non obligare sub mortali, nisi quando valde notabile damnum Territorio paritur, vel nisi quando alia prava circumstantia esset; inclinatur Reginaldus l. 13. n. 41. nec videtur

disentire Bon. de *ref. d. 1. q. 1. p. 1. num. 7. & 8.* sicut non possent domi illud occultare sic transferre, hoc est habere dominium seu rei, id est, de illa dispositione sine iniustitia possit, ut ei liber. Verum, hic etiam modo est pendendum, quodam sit iniustum pretium, modo peccetur contra charitatem modo iniustitiam, & 15. illud video eodem modo Monopolia esse periculosam, & ad iniustitiam valde vergentia: nam per ream regulariter cavenda.

#### Pretium in Monopolio

21. Dixi n. 6. illud pretium esse iniustum, quod emittitur ab iniusta conventionem: Semper igitur advertendum est, an pretium ideo crescat, quia vel ab uno, vel à multis coemptæ sunt, cum iniusta conventionem, nec: tunc enim semper erit iniustum. Præterea quod pretium postea carius determinabitur ab arbitrio solius venditoris, vel perinde ac si ab initio merces illam fuisset apud unum, clare iniustum est pretium. Ratio est, quia pretium debet taxari, vel frequentia temporum, ex abundantia, vel penuria rerum, ex necessitate earundem, & c. quæ cum nunc post illam tamen conventionem eadem sint, idem debet esse & pretium, verò carius.

22. Non est tamen cum privato quolibet, qui non consentit Monopolio, nec ex fraude, vel malo consilio dedit causam augmento pretii, sed cupulosè agendum, non possit recedere res suas pretio per malitiam auctoris, cum pretium auctum per iniustitiam iustum sit. Ita Reginald. alique cit. à Bon. de *contr. d. 3. q. 1. num. 11.* contra Filliuc. & Rebell. Non inquam ita, quævis auctum sit per aliorum fraudes, ut tamen non (ut supponimus) pretium commune, per fraudes, inquit, non meas, ad quas, cum ego non conspirassem, illas earum effectum pretii aucti tollere non obligat, ut contra obligantur, qui iniuste illas posuerunt: Et sane, si per hoc tracinia frumentum, v.g. fuisset distractum, unde de pretium auctum fuisset, quis condemnaret venditorem hoc aucto pretio? Ut item, si nescirem illum iniustitiam spiritum, & bona fide pretio illo iam communi vendiderem, quis nā ad restitutionem me obligaret? nec igitur sciam, cum scientia ad iustitiam, vel iniustitiam pretii nihil addat omnino.

#### CAPUT VIII.

De eadem quarta Radice Restitutionis ex contractu particulari Mutui.

#### § 1. Quid sit Mutuum.

1. Mutuum sic dictum, quia de meo tuū sit, est traditio rei consistentis in pondere, numero, & mensura, spe recuperandi statuto tempore tantumdem in genere suo. Ita Mol. Less. Bon. mox citandi, alique passim.

2. Dicitur primo. (Traditio) quia Mutuum non potest dici meri consensu, ut venditio; sed requiritur ipsa traditio, per quam transfertur rei mutuatæ dominium in mutuatarium, quod non facit commodatum, neque ex tura sua depositum, nam propterea, si, quod mutuatum ad fructificet, vel preat, mutuatario fructificat, peritque.

3. Dicitur secundò (rei consistentis in pondere, & c.) explicentur tres species mutui. In pondere, ut cum mutuator massa argenti. In numero, ut pecunia. In mensura, ut vinum, triticum, lac, & similia, quæ in lute l. 1. ff. de mutuo peratur, dicuntur recipere functionem, id est, ut una fungatur officio, vel vice alterius, ut unum vinum pro alio, & c. Vide Angel. v. *Vfura*, n. 36. Navar. in *Alia* cap. 13. n. 21.

4. Dicitur tertio (cum spe, & c.) ad differentiam donationis, venditionis, & c.

9. Dicitur quarto (statuto tempore) non enim